Teolog 140. podpi.

Orzechowski Stan.

Baptismus Ruthenorum
Bulla de non rebaptizandis Ruthenis

Cracoviae Jer. Vietor
1544.
3

Kart mil. 26.
Art. A. 27.



4 fl. 1882. I. 4. 2

AMPLISSI-
MO AC REVERENDIS
SIMO DOMINO PETRO GAM-

bo, per Sarmatiam Pontifici Maximo:
Cracouień. Eccleſię Antiſtiti: Le-
gatoq́ꝫ nato; ac Regni Polo-
nię Primati, Staniſlaus
Orzechowski Ru
thenus.

S. P. D.

CVm multa ſint Petre Pontifex quę in nos hoc tẽpore deus cõtulit: tum nihil maius opinor, neqꝫ melius, quàm quòd te eũdem & principem Reipub, & religionis ſuę pręſidem in Sarmatia eſſe voluit. vt & repub. ſapienter à te conſeruata: et religione Chriſti per te conſtituta, Sarmatię Regnum, ſtet opera tua ſaluũ, quod tametſi ex varijs gentibus nõ ſolum lingua, atqꝫ cultu, ſed etiam ritu, atqꝫ religionibus diuerſis inter ſe conſtet, omnes tamen authore te ſentient vnum, atqꝫ idem. vt in hac tanta diſſimilitudine & vocum, & rituũ, ſonaret vn-

in omnibus, atq; idem deus. ita vt neq; Ruthenum à Latino Gręcus: neq; latinum ab Armeno Romanus: neq; Armenum à Moſcho, Lithuano, atq; Valacho Anthiocęnus ſegregaret ritus. Sed hij omnes ſubiecti procurationi tuę cum vnum deum ponerent, ad eumq; Chriſtum Ieſum viam directā agnoſcerent, nihil eis ſanè ad communem gratiā officeret vocum, rituumq; diſparitas. qui ſi quid abſurdi, abſoniq; haberēt, id abs te correctum, cętera in officio, ac mutua pace contineret.

Mihi quidem ad cęteras populi Chriſtiani calamitates, hęc acceſſiſſe videtur nō poſtrema. quod non ſolum Turcico ferro nomen Chriſtianū ſit diminutum: ſed multo etiam magis domeſtico diſſidio: ꝗ Eccleſiam chriſti longè antea, lateq; patentem, in anguſtā quandam, atq; cōtractam poſſeſſionē redegimus. Cum enim Eccleſia ijſdē, quibus ſolis curſus: regionibus contineretur, nunc pręter eos, qui Romano ritu viuūt, in Eccleſia ferè cenſetur nemo. Quò fit vt illud verum Chriſti regnum, quod Dauid olim quatuor mūdi plagis terminauit; in exiguis iā Italię, Gallię, Hiſpanię, ac Polonię finibus inclu-

datur.

datur. vt neq; Gręcia ſit iam in Eccleſia, cuius fundamentis nixus quondam Chriſtus erexit ſe primum, atq; inde in vniuerſum orbem terrarum proſpexit: neq; etiam Illyria, quam Paulus pręceptis, atq; inſtitutis ſalutaribus illuſtrauerat: neq; Valachia, Moſchouia, Ruſſia, quę ſecutę Gręcos, ab eorum legibus, atq; diſciplinis nunq; receſſerunt. pretereo Armenos, taceo Medos, Aſſyrios, Aegiptios, atq; Indos, illa certiſſima quondā robora Eccleſię, atq; noīa. quos iā ptim deleuit Turcica vis: partim verò, quos caſus adhuc ſeruauerat: neſcio quod fatum ex Eccleſia expulit. ita illa ſacroſancta Catholica Eccleſia, quę vniuerſitatis nomine antea fuit inſignis: nunc paruis finibus, eiſdemq; peranguſtis terminatur, atq; finitur. diminuiturq; quotidiè magis, ac magis non ſolum hęreſi, atq; ſectis: ſed etiam ſchiſmate, atq; diſſidio ciuili. vt nobis iam ſit verendum, nè Eccleſia ad paucos redacta, aut eſſe deſinat: aut tanta ſit, quantum Romanus locus obire poſſit.

Atqui ego homo ex Ruthenis ortus, Romano tamen ritu ſuſceptus, atq; inſtitutus: non aliam cauſam huius exitij adhuc repe-

ri, prӕter hanc quam dicam. Cum enim sibi quisq; plus arrogaret, quam vel commune ius, vel instituta maiorum, vel edicta etiam ipsius dei paterentur: & cum pars altera, de principatu cum altera, aut temerè contenderet: aut illum intollerabilem parti alterę faceret, discessum à nobis est, atq; ita in contrarias partes itum, vt eas tamen, quas quisq; sequeretur: non solum honestas, sed etiam iustiores esse tueretur. ex quo extitit atrox illud dissidium: quo quasi de complexu Christi, atq; sinu, erepti subitò sunt Gręci, Illyrij, Valachi, Moschi, Rutheni. pretereo alios infinitos: qui simili ruina, atq; tēpestate Ecclesiam simul, atq; christianum nomen amiserunt. quos si tantum quis grauior error: aut aliquod non ferendum scelus ex Ecclesia Romana eiecisset, videretur fortasse necessario tantum detrimentum respub. Christiana accepisse. nunc vero cum etiam negligentia nostra hanc iuuerit ruinam, non iam necessitati, sed nostrę voluntati hic occasus Ecclesię tribuendus est. nam vt de Ruthenis loquar, quorum ego ritus, rationem religionum, ac totam Ecclesię constitutionem, quam illi sequuntur: nosse

debeo,

debeo, quod id mihi patrium est: non sanè intelligo, quę nam illa tanta vis fuerit, quę Ruthenos et Ecclesia priuauit: & inde veluti in exilium quoddam tetrum, ac miserum abire iussit. fuerint sanè superstitiosi Rutheni: fuerint latinis irati: fuerint in veteri cultu pertinaces: sceleris certè crimine, atq; hęreseos adhuc caruerunt: ob quod meritò in proscriptorum numero ducerentur. idq; facilè cuiuis apparet, siue qs nouas, veteresq; literas spectet, siue decreta, institutaq; maiorum: siue postremò hanc communem benè, ac beatè viuendi normam. Quid enim humanius hac gente? quid morum antiquorum tenacius? quid obseruantius erga maiores? quid religiosius in Deum dici, aut cogitari potest? neq; vero metuo, nè quis me charitate patrię deceptum, hęc mecum fingere de Ruthenis existimet: cum apud te hęc causa agatur, qui in Russia multis annis, summa tua cum laude, magno etiam nostro commodo Premislień. Antistes fueris. ita vt vel tacitè, si qd mētirer: cōscientia tua, vanitatē meam cōfutaret. mihi certè nō solū ad ea, quę dixi, sed etiā ad ea, quę mox sum dictur⁹: sufficiet testimoniū tuū. itaq; hoc tu

nobis

nobis concedes, Ruthenorum gentem, ad summam mansuetudinem natam: non solum patrijs institutis, sed etiam literis partim domesticis: partim verò Grecis in omni officio humanitatis, atq; religionis contineri. que cum quingentesimo ab hinc anno, Vlodimiro principe: christianos doctores ex Grecia in Russiam acciuisset, veritate patefacta, atq; ab illis cognita, non inuiti adheserunt christo: eiusq; sacrosanctas leges: instituta item: atq; decreta maiorum ritu secuti sunt Greco. in quo quidem nulla impiorum hominum fraus: nullus error: nullus dolus lateret. sed ita omnia integra ex Grecia, in Russiam sunt translata, ac veluti ciuitate donata, vt olim in veteribus concilijs, Nicœno, Constantinopolitano, Ephesino à priscis illis patribus interpretata singula, enunciataq; fuerunt. Cum enim rudis ille vt tum fuit, populus, ad Maiestatem Grece orationis facilè assuesci non posset, Adhibiti erant duo, quorum inter Schlauos maxima ingenia fuerunt: Methudius, atq; Cyrillus, qui non solum ea, que euangelicis literis continebantur: sed etiam ea, que certo modo, atq; eadem formula populo traduntur,

tur, in Russiam dicarunt. vt sunt ea, que vulgo sacramenta vocãtur. quibus sanè adiumentis, cum adhuc staret ecclesia: tuebantur cõcordiam communem Rutheni, multo antè, q̃ ex Polonia in Russiam Romane deducte essent Colonie. quas cum victoria Polonorum eò deduxisset, nunq̃ alique contentiones studio partium, ob diuersos ritus: oriebantur. Sed cum quisq; fideliter tueret, quod à maioribus, vndecunq; partum: traditum acceperat, nõ putabat se ritu diuerso carere debere illa communi ecclesia, quam spiritus sanctus diuersitate linguarum illustrauerat: eamq; omnium gentium varietate, & copia compleuerat. atq; hec ratio ita firma in Russia olim fuit, vt vnus esset Pon: Max: omnibus: qui diuersitatem illam rituum, in qua tamen ijdem habitaret Christus, ad vnã summam referret christiane, & Apostolice Ecclesie. hoc enim in annalibus Polonorum memorie prodidit, vir grauis inprimis, & fidelis scriptor: Mathias Mechouiensis medicus. qui Haliciensem Pontificem Greci ritus hominibus, prepositum fuisse scribit. qui varietati illi moderaretur: neq; pateretur dissimilitudine illa & vocum, & literarum, &

 morũ,

morum, vniformem, & semper eundē Christum, in Russia inter Polonos, ac Ruthenos discerpi. At qui hoc non solum ex his annalibus, quorum modo mentionem feci: sed etiam ex eo more constat, qui ad nos vsq; saluus peruenit. Cum enim ex Halicia Leopolim Sedes latina, propter commoditatē loci: esset translata, remansit tamen quoddā vestigium penes dictam Sedem priscę pietatis, atq; diligentię maiorum. nam Gręcus ipse Antistes, est in fide etiam nunc, atq; pręsidio sanctissimi Senis, atq; innocentissimi viri Petri Starechowski, Leopolieñ. Pontificis latini, quę certè memoria argumento nobis est, istum ipsum Antistitem Ruthenum, illi latino, in eadem Ecclesia diuerso cultu, atq; ritu adiutorem fuisse: & vt nunc vocant: in pontificatu suffraganeum, verum hęc prudentia maiorum, proch dolor, intermissa partim incuria: partim insciciа, partim verò, quod caput schismatis fuit: arrogantia, dissidium hoc peperit absurdum sanè, & repręhendendū vt alij Latini: alij Gręci: alij Rutheni: alij Poloni in Russia apellentur. vt, quasi familię dissentientes inter se, & arrogātes magis, q̄ disiunctę, aut dispares

dispares, alteri sibi solis deberi possessionē, Ecclesię contendant: alteri vero, tanq; commune patrimonium derelictum à communi parente adeant iure cum Romanis pari, cuius quidem patrimonij partem Rutheni, partim ipsius parentis testamento: partim verò patrum decretis petunt. nam & Nicœno concilio in quatuor, veluti Monarchias: orbe terrarum distributo, se Bisantino Pontifici, patrum decreto, adiunctos esse commemorant: & postea in concilio Florentino, bñficio, ac liberalitate Eugenij quarti se quoq; fratres, & amicos apellatos esse à Romanis confirmant. In quo quidem concilio, & fermentū Gręcis, & coniugium sacerdotibus: & calix populo gręco fuerat permissus. quę sanè publicis literis testata sunt omnia. Nisi forte illud, quod vnū ex omnibus vulgo Ruthenis obijcitur, scelus non ferendum: si quidē illud Rutheni vlla ratiōe, aut ipsi in alio ferrent: aut suū esse omnino agnoscerēt. Aiunt enim quidam, Ruthenos spiritum sanctū negare à patre, & à filio procedere. Est istud sanè aliquid. Qui enim hoc negat, in ecclesia censeri non potest. Tollit certissimum fundamētum ecclesię, sine quo illa sta

illa stare nequit. Atqui ego cum in Ruthenos diligenter inquirerẽ, reperiebam & ipse ne in symbolo quidem vsitato: ab illis poni ista verba: filioq;. Quod cũ grauiter sane in illis requirerem, esseq; hanc causam iustam putarem, cur illi ecclesia priuarẽtur: tum vir grauis & magna inter suos authoritate pręditus, Laurentius Therlecius Gręcus, Premisliẽ. Antistes, proferri iussit conciliorum vetustissimũ codicem, manu scriptum. qui etiam apud latinos conuersus habetur. ex quo ille protulit Constantinopolitanum primum: qui inter quatuor summę authoritatis, maxime ratum haberetur. quod cum inspexissemus, inuenimus Symbolum concilij Nicœni vetus, ad verbum in illo Constãtinopolitano repetitum, in quo pretermissum erat illud. FILIOq;. hic ego cum hęrerem, quò me verterem, non habebam. hinc enim Chalcedonensis summa authoritas illud, FILIOq;. addebat: hinc vero Constantinopolitana, non sine causa hanc particulã preterire videbatur. ita ego quomodo, aut Ruthenos erroris condemnarem tanta authoritate fretos: aut à latinis discederẽ, quorum semper integrum fuit de rebus recon ditis, ditis iudicium, non habebam. tum senex, vbi me hęsitantem vidit: nihil est inquit, optime Orichoui, quod hic ambigas. verbis enim tantum Gręci vt in alijs, sic etiam: hac in re differunt à latinis: re autem vera, omnes sentimus vnum, atq; idem. nam Gręci homines illi veteres, non minus docti, quàm cauti: ideò nolebant in Symbolo ponere. illud, FILIOq;. ne viderentur duas causas, duasúe origines spiritui sancto assignare. ne istis duobus verbis daretur aliqua ansa hęreticis, quibus tum referta fuit Gręcia; de deitate sancti spiritus detrahendi. Quid ergo? inquam, spiritum patris, non credis esse spiritum filij? ita vero inquit ille: sed illũ tamen dico more veteri, à patre per filium procedere. Et vt mihi omnem scrupulum adimeret, ostendit. Etiam decreta Florentini concilij: in quo hęc sententia Gręcorum, rata patribus illis Florentię fuit. Ita ego, & Ruthenorum scripta legens: & Gręcorum non omnino rudis: & in latinis à puero versatus, nondum tamen intelligere potui, quid nam prohibeat, quò minus tot gentes atq; nationes, tot regna, atq; imperia, te duce redeant in Ecclesiam, atq; in vno, eodẽq; Christo conspirẽt.

At enim

At enim vir pius inprimis, et, vt temporibus illis, eruditus homo, Ioannes Sacranus ab hac tota ratione dissentit. qui multa Ruthenorum colligens vitia, accurate sane causas affert, cur Ruthenis esse extra Ecclesiã cum Gręcis sit necesse. quas qui cognoscere volet, petet ex eo libro, qui ab ipso de Ruthenorum erroribus inscribitur. quę à me hoc tempore pretermittentur, quod hęc ratio aliena sit ab instituto nostro. Sed tamen iste ipse Sacranus non est remotus, vt mihi quidem videt: à culpa: quod homo Sylesius, & alienigena, durius in Ruthenos inquirebat. multa enim obiicit in eo libro Ruthenis, quę partim pretermitti: partim vero mitiorẽ in partem interpretari poterant. deinde homo rudis Ruthenarum literarum: Gręcarum etiam expers, qui poterat sine istis adiumentis, aut de Gręcis statuere, aut de Ruthenis aliquid certi pronunciare? mihi quidem nihil videtur potuisse minus. Quẽ ego hominem hoc in loco inuitus appello; quòd illum contra Ruthenos differentem, pretertire honeste nõ possum. cuius viri memoria apud me tanti est, vt etiam ea pręter mittam, quę copiosissime ꝓ Ruthenorũ honore contra illum dici possunt. nam & ea quę ille de Ruthenis scripsit, humanitati cuidam tribuo, quod homo Romanus nihil probaret, quod à Romano victu, atq; cultu quoquo modo abhorrere audierat. Itaq; hanc partem totam relinquã: de reliquo etiam sic cum illo agam, vt meminerim me cõtra optimi viri studium, pro concordia Ecclesię dicere. quę vtiq; constitui non potest, nisi moderatis opinionibus, quas de Grecis inueteratas habemus. quanq̃ ego arbitrabar hominibus Gręcis, ne quid obiiceretur, Eugenij quarti labore esse perfectum. quibus cum sint adiuncti Rutheni, videntur eo propius abesse à Romanis, quanto hi à Gręcis recesserunt minus. qui tamen à piorum cœtu sic remoti putantur, vt etiã rebaptizari oportere quidam eos putent à Gręcis redeuntes, illa formula. SI TV ES BAPTIZATVS EGO TE NON REBAPTIZO, AT SI TV NON ES BAPTIZATVS, EGO TE BAPTIZO. Hic iam plura non dicam, est enim illud extremum. Alexandro VI. hanc formulam non placuisse, qui etiam diplomate cauit, vt Ruthenus à Gręcis ad latinos rediens, iusiurandum tantum Romano

no Pontifici det,se in fide eius mansurum.vi-
debat nimirum ille verus Christi vicarius, si
forma baptismi Ruthenis à Gręcis tradita
rata non esset,non Ruthenos solū christia-
nos non esse, sed ne Athanasios quidem il-
los veteres : neqꝫ Chrysostomos : neqꝫ Cy-
rillos: neqꝫ Methudios : neqꝫ reliquam om-
nem Gręciam, christianos fuisse. At si hoc
sanę mentis dixit adhuc nemo , dubitare de
eadem formula,qua Rutheni sunt baptiza-
ti,Donati cuiusdam comentum,non Roma-
nę sedis factum Pontifex ille Romanus iu-
dicauit.
Quamobrem, vt omnes intelligant, omnia
Ruthenorum,quę Gręco fonte cadunt,quā
procul absint à latinis, putaui mihi suscipi-
endum laborem: vtilem Ecclesię,necessari-
um etiam his,de quorum manibus talentum
hoc deus olim requiret.cōuerti enim ex Ru-
thenico ad verbum baptizandorum paruu-
lorum formulam : & ita conuerti, vt verbū
pro verbo redderem . vt ex hoc primo quasi
adeundę Ecclesię gradu statuas, quā sit fa-
cilis reditus per reliquos in Ecclesiam Ru-
thenis. Mihi certè si vitam deus producit, et
si tu ocium (vt cœpisti) nostrum defendis,
decretū

decretū est reliquas quoqꝫ formulas ex Ru-
thenicis latinas facere. vt cum te habeamus
in hac repub.communem pacis interpretem,
ac reconciliatorem concordię inter discordes
domi ciues,vtamur quoqꝫ hoc tuo excellen-
ti,ac diuino bono in Ecclesia,ad reconcilia-
tionem mutuę gratię. quam collapsam esse
vides superiorum culpa. quis enim est? qui
alium post te in Sarmatia expectet authorē
pacis,ac cōcordię,si tu aut nō efficis ꝙ potes
aut nō conaris id quod vis.neqꝫ ēm est alter
in hoc regno authoritate grauior: neqꝫ facul
tate ad eam rem paratior. vt iam nihil sit,
quod tibi ad constituendam Ecclesiam de-
sit. neqꝫ enim temere, neqꝫ casu tantę opes:
tanta authoritas : hij postremo summę dig-
nitatis,amplissimi gradus,tibi à deo sunt cō-
cessi. Sed cum in hoc clarissimo regno, atqꝫ
in hoc inuicto populo, dissensione religio-
num: ad pauciores quotidie magis,ac magis
redigeretur Christi nomen ; tu omnibus re-
bus instuctus,atqꝫ paratus,summo Ecclesię
tempore, à deo ad nos es missus.vt Pontifex
Ecclesiam Christi in Sarmatia constitueres:
quam offenderes perturbatam arrogantium
hominum consilijs.vt per te, & Ecclesia re-

cuperaret

cuperaret existimationem amissam: & Grę-
cia, in antiquum gratię locum in Sarmatia
restituatur.

Quod si quid in hoc tuo munere fuerit abs te pręter missum, desinemus nos alium sperare pontificem, qui velit, & possit, non solum perficere, sed etiam inchoare id, quod abs te videbitur esse neglectum. putabunt etiam homines, auersum à nobis deum, fato tantas opes, has copias, istos honorum gradus, ad te deferri voluisse: si tu Pontificatum tuum ad alias res potius, quam ad Ecclesię constitutionē contuleris. Nam tametsi Pontificatus tui partem, respub: quoq; sibi vendicet: At tamen, illum abs te Ecclesię totum deberi: pre te ferre debes. magna quidem illa esse fateor, adesse in consilio regi: antiquiorem in Senatu sententię dicendę habere locum: reipub: prouidere: vectigalia augere: ferre leges: pacis, & belli tempus nosse. Sed hęc tamen quantumuis pręclara sint, atq; eximia, nulla tamen ex parte conferenda cum his, quę sunt Ecclesię. nam illa, quę dixi, cū reliquis quoq; Senatoribus tibi sunt cōmunia. Hęc vero quę dicam, propria sunt muneris, ac officij tui, videlicet Pontificem hominibus

minibus

minibus vice esse dei: hominum mentes implere deo: confirmare pauidos: excitare afflictos: sanare ęgros: alligare confractos: abiectos reducere: ammissos requirere: dare salutem: Ecclesiam in omnes partes propagare. Hęc est illa tua illustris procuratio: isti etiā sunt procurationis tuę gradus, per quos Albertus Gnesnensis, Stanislaus Cracouiensis Antistes: ascendit in cœlum: atq; in concilio, diuorumq; cœtu istis innixus consedit. Quibus tu cum in vtroq; Pontificatu succedas, vides quę nam te circumstent authoritates: quę te obliuisci officij tui non sinant: & quę te dies & noctes commoneant, vt in tuenda Ecclesię libertate, Stanislaum: in constituenda vero Ecclesia, nobis referas Albertū. Quare si Stanislai Antistitis vim, & acrimoniam ad tuendam libertatem Ecclesię: si Alberti Pontificis prudentiam, vigilantiam, constātiam, ad constituendam Ecclesiam cęperis, intelligent homines te nobis, non fato, neq; humano cōsilio: sed diuinitus esse datum, atq; oblatum, periculoso Ecclesię tempore: Pontificem. Quamobrem, suscipe hoc pulcherrimū munus, debitum abs te Ecclesię: dignum authoritate: dignum genere, atq; facultate tua. re-

duc in Ecclesiam Ruthenos: coniunge cum tuis Armenos: Valachos: atq; Moschos. profer Ecclesię fines: perfice, vt per te Christus regnet, non solum in obeuntis solis: sed etiam in orientis, Aquilonis, Austriq; partibus, vt illum laudent omnes gentes: & adorent in cōspectu eius, vt vaticinatur Dauid: vniuersę familię, cum omnium, tum vero harum gentium, quibus te pręfecit deus. vt talentum, tibi concreditum: fructuosum, ac cumulatum lucro, ad mensam redeuntis domini hilaris referas. quod vt te facilius assequi putes, erit hic baptismus, quem transtuli: veluti coniectura quędam: qua tu de reliquo facilius possis existimare. Sed iam Ruthenum ipsum, latine baptisantem audiamus.

FORMA BAPTISMI RVTHENICI, Latina facta, per Stanislaum Orichouium Ruthenum.

Institutio baptisandorum paruulorum.

Cvm ad hoc requisitus fuerit Sacerdos, ante omnia exuit paruulum: & ex fascijs euoluit. quem obstetrix tenet, stans uersus orientem solem, in quem sufflat Sacerdos ter, signans frontem eius: & os eius: & pectus eius. Sicq; clara uoce dicit.

OREMVS.

IN nomine tuo domine Deus vere: & in nomine vnigeniti filij tui: & sancti tui spiritus, impono manum meam super hunc seruum tuum. N. cui complacuit acurrere ad sanctum nomen tuum: & sub tegmine alarum tuarum tuto esse. remoue ab illo vetustas illius sordes: & imple illum, quia in te credit: & sperat: & te amat: Ex quo intellexit, quia tu es vnus deus verus: & vnigenitus tuus filius, dominus noster Iesus Christus: & sanctus tuus spiritus. da illi in omnibus tuis mandatis incedere: & digna te facere,

tere, & amplecti. quę cum fecerit homo, vi-
uet in illis. & inscribe illum in librum vitę:
et aggrega illum gregi tuo: & laudabitur
nomen sanctum tuum per illum: & dilecti
tibi filij, domini nostri Iesu Christi: & viui-
ficantis tui spiritus, & erunt oculi tui respi-
cientes suꝑ illum ꝓpitij semꝑ: et aures tuę a-
pertę, ad audiendam vocem orationis eius,
et lętifica in operibus manum eius: & in
omni generatione illius: & confitebitur tibi,
et adorabit te semper omnibus diebus vitę
suę. te enim canunt omnes virtutes cœlestes:
et tua est laus in sęcula, sęculorum. Amen.

EXORCISMVS PRIMVS OREMVS.

EXorcisat te dominus, diabole: qui ve
nis in mundum, & lętaris in homini-
bus. is euacuabit fraudes tuas: & homine-
saluabit. qui in ligno contrarias sibi vires tu-
as fregit, cum sol obscuraretur, et terra mo-
ueretur, & monumenta aperirentur, & cor-
pora sanctorum resuscitarentur. eo quòd sol
uerit mortem morte: & annihilauerit pos-
sessionem capientis morte, quam habes dia-
bole. pręcipio tibi in virtute dei: qui mon-
strat lignum vitę: & qui constituit cherubi-
nos:

nos: & flammeum gladium ancipitem, ad
prohibendum te. exorcisatus esto. & recede.
per illum enim tibi pręcipio: qui ambulauit
tanq̃ ꝑ siccũ, per suꝑficiẽ maris: q̃ pręcipi
ebat tẽpestatib⁹, et vẽtis. cui⁹ aspectu exicãt
abyssi: cuius ꝑcepto liquescũt mõtes. iste ho-
diè ꝑcipit tibi ꝑ nos. extimesce, & abi, & re
cede à creatura ipsius. & nõ reuertaris, vt de
litescas in illa: nec noceas illi: nec dominere
in illa, neq; confortere, nec nocte: nec die: nec
mane: nec meridie. tantum abi in tuum thar-
tarũ, vsq; ad pręfinitũ magnum diẽ iudicij.
pertimesce deum sedentem super cherubin,
et respicientem super abyssos. quem tremũt
angeli, & archangeli: Throni: Dominatio-
nes: Principatus: potestates: virtutes: mul-
torum oculorum cherubini: & sex alarum
Seraphini. quem tremunt cœlum, & terra:
mare: & omnia quę in eis sunt. Ergo descẽ
de, & recede à signato, et à nouiter designa-
to milite Christi dei nostri. etenim per illũ
tibi pręcipio, qui ambulat super pennas vẽ-
torum: qui facit angelos suos spiritus: &
ministros suos ignem vrentem. Ergo de-
scende, & abi à creatura ipsius, cum tota po
tentia tua: & cum angelis tuis. vt laudetur
nomen patris, & filij, & spiritus sancti, nũc

 & sem-

et ſemper, & in ſęcula ſęculorum. Amen.

EXORCISMVS SECVNDVS OREMVS.

DEus ſanctus, tremendus, & laudabilis: in omnibus opibus, & viribus ſuis, non eſt inuentus confuſus. iſte pręcidit tibi diabole ęternas pœnas, & cruciatus per nos indignos ſeruos ſuos. pręcipit tibi, et tuę omni pernici poteſtati: vt recedas ab hoc nouiter ſignato nomine domini noſtri Ieſu Chriſti, vero deo noſtro. pręcipio tibi ſemper nequam, & immũde & ſordide, & abominande aliene ſpiritus, virtute Ieſu Chriſti et omni ſua potentia, quã habet in cœlo, & in terra: pręcipio tibi, vt ſurdo & muto diabolo, vt diſcedas ab hoc homine: & ne rurſus introeas in illum. recede. cognoſce imbecillitatem virium tuarum: quę ne in porcis quidẽ aliquid valebant. Memento enim qui pręceperit tibi poſt pręces tuas, vt in gregẽ porcorum introires. pertimeſce deum: cuius pręcepto terra ſuper aquas firmata eſt: creato cœlo: & conſtituto montibus intermõtio: & diſpoſita in mari arena ſeparatim: & facta in aquis magnis vita proſpera, & firma montibus ſimili, qui amictus eſt lumine ſicut veſtimento: qui extendit cœlum ſicut pellem: qui tegit aquis ſuperiora eius: qui fundauit terram ſuper ſtabilitatem ſuã, non inclinabitur in ſęculum, ſęculi: qui cõgregat aquas maris, et ponit in theſauris ſuis abyſſos. Ergo deſcende & recede ab iſto, q ſe ad ſacrũ baptiſma pręparat: ꝓcipio tibi ſalutifera paſſione dñi noſtri Ieſu Chr̃i: & immaculato eius corpe: & ſanguine: et aduẽtu illius terribili. quia veniet in nubibus, q̃a veniet, & non tardabit iudicare totam terram: et te, vanamq́ꝫ potentiam tuam. et puniet te in gehenna ignis: dabitq́ꝫ te in tenebras exteriores. vbi vermis non moritur, & ignis nõ extinguitur. quę eſt poſſeſſio Chriſti dei noſtri cum patre, & ſancto ſpiritu, nunc, & ſemper, et in ſęcula, ſęculorum. Amen.

EXORCISMVS TERTIVS OREMVS.

DOmine Sabaoth, deus Iſrael. qui ſanas omnes languores, & infirmitates hominis. reſpice in ſeruum tuum. N. et repelle, ac amoue ab illo omnes aſtus diaboli. pręcipe immundis ſpiritibus: & expelle illos. et emunda opus manuum tuarum. quodq́ꝫ ſubito creaſti, recipe opus tuũ. conteras Satha

thanã sub pedibus eius citò: & dona illi potestatem super illum: & super immundos illius spiritus. Vt abs te gratiam consecutus, dignus habeatur immortalium, & secretorũ cœlestium. vt laudem tuam multiplicet tibi patri, & filio, & spiritui sancto, nunc, et semper, et in sęcula, sęculorũ. Amen.

OREMVS.

TV dominator domine, qui creasti hominem ad imaginem, & similitudinẽ tuam: & dedisti ei potestatem vitę eternę, à qua cum excidisset per peccatum, non attẽdisti: sed fecisti incarnatione christi tui, salutem mundo. solus creaturam tuam libera à malicia inimici: & recipe illum in regnũ tuum cœleste. aperi illi oculos mentis: vt disseminentur in illo sanctitates benedictionis tuę. da vitę illius angelum lucis: qui custodiat illum ab omni fraude inimici: & à tribulatione peccatoris: & à dęmonio meridiano: & ab incursu peccatorum.

Et sufflabit super eum ter, & signat frontem eius, & os, & pectus, & dicit orationem sequentem.

Repelle ab illo omnem immundum spiritũ, occultũ, & nidificantem in corde ipsius, spiritum nequitię, & erroris, spiritũ idolatrię, et omnis iniusticię: spiritum falsum, & omnis immundicię authorem: quam committimus suggestione diaboli. & fac ouem laudabilem sancti gregis Christi tui: columnã decoram Ecclesię tuę: vas sanctificatum: filium mundi: & sequacem regni tui. vt iuxta pręceptum tuum viuendo, & conseruando signum inuiolatum, & retinendo vestem immaculatam, consequatur benedictiones sanctorum tuorum in regno tuo. benedictionem misericordię, humanitatis vnigeniti tibi filij: cum quo es benedictus, vna cũ sanctissimo, & beato, & viuificante spũ, nũc, et semper, & in sęcula, sęculorum. Amen.

Finitis orationibus, Sacerdos conuertit obstetricem ad occasum, tenentem paruulum. & interrogat eam sic.

Renuncias ne sathanę? *Et illa respondet.* Renunctio sathanę. *Sacerdos post hæc quærit.* Renunctias ne etiam omnibus operibus eius, & omnibus seruitijs eius, & omnibus angelis eius? *Et illa respondet ut prius.*

Et post factas tales interrogationes, & tales responsiones ternas, rursus ter quærit sacerdos.

Num renunctias sathanę? *Obstetrix respondet.* Iam renunctiaui sathanę.

Et hoc ter repetito, postea sacerdos dicit sufflãdo in eũ, quod etiam & obstetrix faciet uersus occasum ter. præcipietq;

cipietq; illi sacerdos. Conuerte te ad orientē cū paruulo. *Et quærit apertius ter ita.*
Voues ne te Chr̄o? *Et respondet obstetrix.* Voueo me Christo. *Postea prosequitur obstetrix.*
Credo in vnum deum vsq; ad finem, ter. *Et iterū interrogat illā ter.* deuoues ne te Christo? *Et respondet obstetrix.* Deuoueo me Christo. *Et postquā hoc dixerit ter, dicit sacerdos.* Flecte te. *Et obstetrix flectit se cum paruulo.*

Deinde sacerdos orat sequentem orationem

Domine deus aduoca seruum tuum. N. ad sacram tuam consecrationem: & fac illū dignum hoc sacramento, sacrę tuę consecrationis. & ablue illum ex sordibus: & regenera illum in vitam ęternam: & imple illum spiritus tui sancti virtute, in vnitatē Christi tui. vt nō sit seruus corpis: sed sit filius regni tui: gratia, & benedictiōe vnigeniti filij tui: cum quo es benedictus: & cum sanctissimo, ac beato, & viuificante spiritu, nunc, & semper, et in sęcula, sęculorum. Amen.

Et relictis illis, sacerdos abit ad fontem aquæ aportatæ: & infusam in uas thurificat illam per circuitum: & signat illam cæreo ter, & dicit.

Benedictum regnum patris & filij, & spiritus sancti: nunc, et semper, & in sęcula, sęculorum. Amen.

Diaconus

DIACONVS DICIT.

IN pace dominum oremus pro pace cœlesti, & pro salute animarum nostrarum. dominū oremus pro pace omnis populi: pro sanctissimis stantibus Ecclesijs: pro congregatis in illis. Oremus pro Archiepiscopo nostro. N. ꝓ venerādo ordine Sacerdotali: Pro ministris Ecclesię, & pro omni populo. Oremus vt sanctificetur aqua ista virtute, et opere, & aduentu spiritus sancti. Oremus vt mittatur in illam sanctificatio, salus, et benedictio Iordani. Oremus pro adueniente hodiè ad sacrū baptisma, & pro salute illius. Oremus vt in hanc aquam immersus, consequatur remissionem peccatorum: & vestē immarcescibilem. Oremus vt saluetur iste, et nos ab omni mala voluntate, & ab ira, & odio. Oremus, protege, salua, dirige, & defende nos deus tua benedictiōe: propter sanctam, immaculatam, & beatam dominam nostram, dei genitricem, semper viginē Mariam, cum omnibus sanctis. recordando illorum, & nostri, & alter alterius, & totā vitam nostram Christo deo committamus.

Quæ cum orauerit Diaconus, sacerdos orat sub silentio hanc orationem, & hoc in persona eius, qui baptisatur. orat Sacerdos istis uerbis.

Miseri-

Misericors, clementissime, scrutans corda, et renes deus. & qui secreta hominū solus nosti. quia non est res, quę non pateat tibi: sed omnis est nuda, & discooperta ante oculos tuos. Tu scis quid in me sit, nè proijcias me, neq; faciem tuam auertas à me: sed remitte mihi peccata modo: qui peccata remittis pœnitentibus. & ablue mihi sordem corporis mei, & maculam animę. totū me sanctifica virtute tua inuisibili: & spirituali tua dextera: & misericordiam tuam alijs narrabo. et hanc mihi da perfectam, tua in perscrutabili bonitate: vt ipse tanq; seruus peccato obnoxius non fiam. domine sancte, & clemens, non conuertar sanctificatus, vt confundar. sed mihi mitte virtutem desursum: et conforta me ad seruitutem ęterni misterij magni, & cœlestis in imagine christi tui. nè confundar ab exprobrantibus indignitatem meam mihi.

Hæc in psona sua sacerdos orat.

Et constitue hunc super fundamentum apostolorum, & prophetarum: & non commouebitur. et constituas eum in loco firmo, & in sancta apostolica Ecclesia: & non abscindas eum, quemadmodum properauit ad hoc sacramentum. et glorificabitur propter hoc nomen patris, & filij, et spiritus sancti, nunc, & semper, & in sęcula

cula

cula seculorum. Amen.

Et postea incipit sequentē orationē clam uoce Sacerdos.

Tua voluntate ex nihilo produxisti omnes res: tua possessione contines omnem creaturam: tua prouidentia gubernas totum mundum: et ex quatuor elementis reliquam creaturam fabricasti: quatuor temporibus annum coronasti, te tremunt omnes virtutes rationales. te canit sol: te glorificat luna: te adorant stelle: tibi obedit mundus: te tremūt abyssi: tibi seruiunt fontes, tu extendisti cœlum, vt pellē: tu firmasti terram super aquas: tu circumdedisti mare arena: tu ad respirandum spiritum profudisti: angelorum virtutes tibi seruiunt: archangelorū facies te adorant: & sex alarum Seraphini, circumstantes, & circumuolantes cum tremore, te non accedunt: laude autem tua cooperiuntur. tu enim es deus incircumscriptus, ęternus, & inenarrabilis, venisti in terram, formā serui accepisti, in figura hominis fuisti. quia tu domine nō sustinuisti videns, misericordia clementię tuę: afflictionem generis humani. sed venisti, & saluasti nos. ideo confitemur benedictionem: anunciamus misericordiam captiuitatis nostrę. tu domine omnes generationes liberasti: virgineum lectum sanctificasti

ficasti

ficaſti natiuitate tua. omnis creatura te canit, qui aparueris. tu deus noſter in terris manifeſtatus es; tu torrentes Iordani ſanctificaſti: tu de cœlis miſiſti ſpiritum tuum ſanctum: tu capita nidificantium in Iordane contriuiſti ſerpentium: tu ſolus amator hominum rex, veni hodie per aductum ſpiritus ſancti: et ſanctifica aquam iſtam: & da illi ſanctificationem, & ſalubritatem, et benedictiones Iordani. fac illam incorruptibilem torrẽtem. ſit in ea peccatorum remiſſio: languorum curatio: diabolorum perditio: contrariarum virtutum impoſſibilis acceſſus: angelicę poteſtatis complementum. et recedet neglecta iſta creatura tua, prout nomen tuum inuocaui mirabile, & glorioſum, & terribile diabolo.

Et ſufflabit ſuper aquam, & benedicens illum ter manu, ita loquitur.

Et conterentur ſub hoc ſigno crucis tuę: & recedet à nobis omne viſibile, & inuiſibile malum, non deliteſcet in aqua diabolus obſcurus, vt ſit ſocius baptiſati: ſpiritus erroris excecator cogitationum, & ſuggeſtor iniqtatum mentibus noſtris. Sed tu domine iube hanc aquam fieri, aquam pacis: aquam ſalutis; aquam ſanctificationis: purgacionẽ maculę corporis, & animę: infirmitatem portarum inferi: & remiſſionem peccatorum: & ſanctificationem animę: lauacrum vetus: renouationem ſpiritus. ex qua & filij nomen accipiat, & veſtem incorruptibilem, & torrentem vitę. quia tu dixiſti lauamini, & mũdi eſtote: auferte malum cogitationum veſtrarum. tu enim donaſti nobis ſupernã generationem ex aqua, & ſpiritu. reuelare domine aquę iſti: & fac illam tranſformari. vt in ea baptiſetur hic: & deponat veterem hominem, pronum ad malum: vt veſtias eum noua renouatione, ſecundum imaginem tuam, qui creaſti eum: vt viuat: & configuretur morti tuę per baptiſmum: vt ſit particeps etiam reſurrectionis tuę: vt cõſeruet donum ſpiritus ſancti: & multiplicet benedictum donum: & percipiat mercedem ſupernę vocationis: & adſcribatur ad primogenitos, inſcriptus in cœlis. te enim honor decet, imperium, laus, & iubilatio, deum, & dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vna cum ęterno patre, & ſancto, ac beato, & viuificante ſpiritu, nunc, & ſemper, & in ſęcula, ſęculorum. Amen.

Pax vobis inclinate capita veſtra Deo.

Et inclinat ſe Sacerdos ſuper fontem, iuxta quem tenet

C puerũ

puerum patrimus: & sufflabit Sacerdos, super aquam ter: & orat orationem sequentem submisse.

Dominator domine deus patrum nostrorũ. qui cum essent in Archa Noe, emiserunt columbam, quę ramum oliuę in ore tulit, in signum commutate rerum formę: & liberationis à diluuio aquarum. qua etiam benedictionem misterij illis prefigurasti: & oliuę fructum, ad impletionem sacrorum misteriorum dedisti: & his qui in lege viuunt, adimpleuisti spiritu sancto: & qui erant in benedictiõibus, perfecisti eis. solus benedic hoc oleum, virtute, & opera, & reuelatione spiritus sancti. Vt hęc vnctio fiat incorruptibilis: scutum veritatis: renouatio mentis, & corporis. omnis diabolicę fraudis repulsio: et immutatio omnium malorum, his qui vngũtur fideliter, & qui percipiũt hoc chrisma.

Hic Sacerdos erigit se loquens uoce sequentia.

In gloriam vnigeniti tui filij, & sancti, ac beati, & viuificantis spiritus tui sancti, nũc, et semper, et in sęcula. sęculorum. Amen.

Postea accipit Sacerdos urceolũ ligneum ex pixide olei et intingit illũ in aquã ter, repetẽs alleluia ter, hæc dicẽs

Benedictus deus, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum: nũc, et semper, & in sęcula, sęculorum. Amen.

Deinde

Deinde affertur baptisandus, sicq; accipit Sacerdos ex sacro oleo manu, ut baptisat. & facit signa crucis in frõte, & in pectore, & inter scapulas, & signando dicit.

Vngitur seruus dei. N. oleo leticię: In nomine Patris, & filij, & spiritus sancti.

Et postea Sacerdos accipit infantẽ in manus, & dicit.

Benedictus deus, qui illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum nunc, et semper, & in sęcula, sęculorum. Amen.

Deinde baptisat infantem, mergens illum in aquam totum quantus est.

BAPTISATVR seruus dei. N. In nomine PATRIS. amen. ET FILII. amẽ. ET SPIRITVS SANCTI. amẽ.

APENDIX STANISLAI.

Gręci sic. βαπτίζεται δοῦλος θεοῦ. Hoc est. baptisatur seruus dei. quod illi sic intelligunt. baptisatur à me extrinsece: baptizatur vero à Christo intrinsece. sic Gręcis dedit ore rotundo musa loqui. vide Augus. tractatu 6. super Ioannem. quo in loco exponit illa verba ex Ioanne capitis primi. Hic est qui baptizat in spiritu sancto. vbi Augus. concludit contra Donatum, Christum ad nullum ministrorum potestatem baptisandi transtulisse: sed sibi totam reseruasse. quod vtiq; in-

 telligẽ

telligendum eſt, de intrinſeca baptizatione. propter quam etiã cauſam miniſter Ruthenus adhunc vſq; locum inuocando, exorciſando, interrogando, ſeſe extrinſecum baptiſantem omni ratione profitetur. Cum autem peruentum eſt ad ipſam formam, qua confertur baptiſma: vtitur miniſter verbo paſſiuo tertię perſonę. vt innuat baptiſari tum hominem intus à Chriſto ſpiritu ſctõ. quod ipſe miniſter ſignis extrinſicis denotaret, mergendo paruulum intus nempe operantem deũ. hanc cauſam afferunt huius formę Rutheni. hanc etiam eandẽ ex antiquiſſimis cõcilijs, in Gręcia habitis: fuiſſe colligunt. quę ego iccirco hoc in loco notaui, ne quis in hoc verbo (baptiſatur) calumnię ſit locus: neue quid maneat, quod calumnietur Donatus.

DEINDE SEQVITVR.

Poſt quodlibet horum trium dictorum, in aquam infantem mergit: & rurſus ex aqua eximit. deinde collocat in lauacro puerum, demerſum mentotenus in aquam: tenens illum manu læua, dextra uero fundit aquam calidã ſuper caput eius. ſed hoc cautè faciendum eſt: ne aqua ſuperfuſa ſuffocetur puer: quæ tamen aqua calida ideo adhibetur, ne ledatur puer frigiditate aquæ, quæ in lauacro eſt. fundens uero aquam prædictam ſuper caput infantis

infantis, repetit uerba priora. Et ſi eſt homo baptiſandus, iam adultus. mergit illum Sacerdos in aquam trina demerſione, & eodem modo ad quamlibet demerſiõem dicit, uerba baptiſmi.

BAPTISATO *infante, dat illum Sacerdos in manus patrimi. & ita Sacerdos lauat ſe, manicas religans, et lauans ſe dicit.*

Beati quorum remiſſę ſunt iniquitates & quorum tecta ſunt peccata.

Et hoc ter repetens dicit, cum oratione ſequenti.

Benedictus es domine Deus omnipotens, fons beatus: ſol veritatis. qui illuminaſti ijs, qui erant in tenẽbris lucem ſalutis: per reuelationẽ vnigeniti filij tui, et dei noſtri. ac donaſti nobis indignis, beatam emundationẽ in ſacra aqua, & deificam ſanctificationẽ in viuifica vnctione. quia & nunc dignatus es regenerare ſeruum tuũ, nouiter ſanctificatũ: aqua, & ſpiritu. donans illi voluntariorũ, & noluntariorum remiſſionẽ peccatorum. ſolus dñator rex, miſericors, da illi ſignũ doni ſacri, et omnipotẽtis, et pari tibi honore ſpũs ſancti. & comunionẽ ſacri corporis, et pręclari ſanguinis Chriſti tui. conſerua illũ in ſanctificatione: regenera illum in veram fidem: et libera illum à malo: & ab omnibus ſuis

 malis

malis operibus: & salutari tuo timore conserua illum, in mundicia, & in veritate. Vt omni opere, & verbo, bona operetur tibi, filius existens, & ęmulus cœlestis regni tui. quia tu es deus noster: deus dilectionis, et salutis. tibi laudem damus patri, & filio, et spiritui sancto, nunc, & semper, & in sęcula sęculorum. Amen.

Et postea Diaconi canunt hymnum, qui sic incipit.

Qui in Christum baptisati estis, Christum induite. Alleluia

Deinde ungit infantem sacro myrro, hoc est Balsamo: signa faciens crucis in fronte in oculis, in ore, in pectore, in manibus, in corde, in uentre, in pedibus, in scapulis. ad singulam crucem dicens hæc uerba.

Signum, & donum spiritus sancti. Amen.

Et postea canunt Diaconi Psalmum.

Beati quorum remissę sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata.

Post hæc induit camisiam puero Sacerdos, dicens.

Induitur seruus Christi. N. vestimento lętitię, & iucunditatis. In nomine patris, & filij, et spiritus sancti.

Et super induendo tunicam, aut aliquid eiusmodi, super camisiam, puero dicit.

Et exultauit spūs meus in deo salutari meo: Quia induet me indumento salutis, & stolam

lam

lam iucunditatis ponet supra me.

Et postea Sacerdos dicit orationem sequentem, priusq̃ tondit puerum.

Dominator domine deus noster, qui imagine tua decorasti hominem, ac viuo spiritu, et corpore bene formato constituisti illum. vtq̃ corpus seruiat beatę animę, caput supra illud constituisti: & in illo maiorem intellectum pręstitisti. in quo hominem homini nō postposuisti: conuestisti crine caput: & omnes bases eius necessarias consolidasti. vt ex eo propter hęc benedicamus te, & sapientem opificem te confiteamur. tu solus dominator domine, per electum vas tuum, apostolum Paulum: pręcepisti nobis, omnia in gloriam tuam facere: sicq̃ benedic tonsionem crinium capitis aduenientis serui tui. N. benedic & istum patrimum: & da illis semper meditari in pręceptis tuis: & grata tibi facere, vt misericors, & propitius es deus, & tibi damus gloriam patri, & filio, & spiritui sancto, nunc, & semper, et in sęcula, sęculorum. Amen.

Hic tōtur pue

Post hæc uerba tondit infantem, accipiens cæram calidam ex cæreo, & aliniens cæram crini in occipite, in uertice, & super utramq; aurem, quæ denotant quinq; signa, hoc est quinq; uulnera Iesu Chrsti. & præcidit

Sacerdos

Sacerdos crines in quinq; locis dictis: & in parietem templi abscondit. & si forte paries sit talis, in quo non possunt commode crines abscondi, ut sit in muratis Ecclesijs: tunc illos defodit in terram post altare. Itaq; præcidens crines dicit.

Domine deus noster, cum impletione lauacri tuę benedictionis, sanctificasti in te credentem, benedic hunc puerum: & super caput eius descendat benedictio tua: quemadmodum benedixisti Dauid, per prophetam tuum Samuelem. ita benedic caput serui tui N. peccatoris mei manu: illumina illum spiritu tuo sancto, vt ab initio ętatis, vsq; ad senium laudet te: & videat bona Hierusalem, omnibus diebus vitę suę. quemadmodum te decet omnis laus, honor, & iubilatio, tibi patri, & filio, & spiritui sancto, nunc, & semper, & in sęcula, sęculorum. Amen.

Et deinde imponit super caput pueri cucullam dicens.

Induitur seruus dei. N. galea sinceritatis. In nomine patris, & filij, & spiritus sancti, nunc, & semper, & in sęcula, sęculorum. Amen.

Postremo circumit Sacerdos lauacrum ter, siue illud ante sacram aram stet, siue ante templum. sequente illum patrimo: cũ puero cantãtibus omnibus hymnum.

Quicũq;

Quicunq; in Christum baptisati estis, Christum induite. Alleluia.

Deinde fiunt supplicationes, pro Principibus: Episcopis: & pro patrimo: & pro recens baptisato: & sic missa fit Ecclesia.

DOCVMENTVM.

Hic notandum est, quod si contigerit celebrari missam eodem tempore, cum baptisatur puer, tunc afferunt patrimi infantem, iam recens baptisatum: cum cęreis, tempore translationis magnę. (hoc est tempore eleuationis) Si vero fuerit adultus is, qui baptisatus est, tunc iste solus antecedit Sacerdotem ferentem corpus Christi: tenens in vtraq; manu cęreos. ibiq; communicat, & particeps efficitur sacri misterij Christi, Dei nostri. Pręterea siue infans fuerit: siue adultus, post missam redibit domum tenens cęreos, comitantibus propinquis, & amicis. Et si adultus fuerit is qui baptisatus est, adducetur in templum quotidię, eodem modo tenens cęreos ardentes in manibus, tam in matutinis, quam in vesper-

tinis, precibus: ac in missa. vsq; ad octa-
uum diem. Idem de paruulo in-
telligendum est.



BVLLA SV-
PER RECEPTIONE
Ruthenorum. cuius transumptum
habetur in Bibliotheca Ecclesię
Cathedralis Præmisliensis,
cum iuramento se-
quenti.

ALexãder seruus seruorum dei: ad perpetuam rei memoriam. altitudo diuini consilij, quod humana ratio nequit cõprehendere: et suę immensę bonitatis essentia, aliquid semper ad salutem humani generis pullulans, tempore congruo, ex solo suo secreto mysterio, quod ipse deus nouit: oportune producit, et manifestat. vt cognoscant homines, ex suis meritis, tanq̃ ab ipsis: nihil proficere posse: sed eorum salutẽ, et omne donũ gratię, ab ipso summo deo,

et patre luminũ, prouenire. hanc igi-
tur, & non ſine grandi, & ſpirituali
mentis noſtrę lætitia, accepimus, ꝙ
nõnulli Rutheni in ducatu Lythua
nię, & alibi: ritu Græco viuentes, fi-
dem tamen chriſtianam. alias profi-
tentes, veſtras Kijouienſem, Almeo-
riẽñ, Mednijczeñ, ciuitates, & Dio-
ceſis, loca eiuſdẽ ducatus, inhabitant:
ſancto ſpiritu cooperante illuſtrati,
nõnullos errores, quos hactenus ri-
tu, & more Grecorũ viuentes: ob-
ſeruarũt, penitus ab eorũ mentibus,
et cordibus abdicare, & ad vnitatem
fidei Catholicę, latinę Romanę Ec-
cleſię, venire deſiderant, & ꝑponũt.
Sed quia more Græcorũ, ſcilicet in
tertia perſona: baptiſatur. & nõnul-
li aſſerunt, eos denuo baptiſari debe
re: pdicti vero, q ritu Græco hacte
nus vixerunt, & adhuc viuunt: tanq̃
antea rite baptiſati, renuũt & recu-
ſant

ſant denuo baptiſma ſuſcipere. Nos
igitur, qui ex cõmiſſo deſuper (licet
inſufficientibus meritis) officio pa-
ſtorali, cupimus ſingulas oues nobis
cõmiſſas, ad verum ouile chriſti per-
ducere: vt fiat ex illis vnus paſtor, et
vnum ouilę: et ſctã Eccleſia Catholi
ca, non diuerſa, & difformia mem-
bra, à capite diſcrepantia, ſed cõfor-
mia habeat: Attendeñ per fœlicis re
cordatiões Eugeniũ Papam quartũ,
prædeceſſorẽ noſtrum, in concilio p
eum Florentię celebrato: & in quo
Græci, & Armeni, vna cũ Romana
Eccleſia ſentiẽtes, interfuerũt: diffi-
nitam formam fuiſſe huius Sacra-
menti baptiſmatis, & exiſtere. Ego
te *baptizo* In nomine Patris, & Filij,
et ſpiritus ſcti. Amen. *Ac etiã p illa uerba,*
Baptiſatur talis In nomine Patris,
et Filij, et ſpiritus ſcti. Amen. *uel etiã.*
Baptiſatur manibus meis talis, In

Vniti Græci latinis.

Triplex forma baptiſmi.

nomine Patris, & Filij, & ſpiritus ſancti. *uerum perfici baptiſma.* Quoniã cũ principalis cauſa, ex qua virtuté baptiſmus habet; ſit ſancta trinitas; inſtrumẽtalis tamen ſit miniſter, qui tradit exterius Sacramẽtum: ſi exprimitur actus, qui per ipſum exeq̃tur miniſtrũ, cũ ſanctę trinitatis inuocatiõe, perficitur ſacramentũ. et ꝓpterea huiuſmodi ſacramẽti, ſic in tertia perſona collati: reiteratiõẽ neceſſariã nõ exiſtere. habita etiam ſuper hoc cum patribus noſtris deliberatione matura, auctoritate apoſtolica nobis, et alijs Romanis Pontificibus ab ipſo Ieſu Chriſto dño noſtro, per ſanctum Petrum, qui & ſucceſſoribus ſuis apoſtolatus miniſterij diſpẽſationem cõmiſit, tradita: Tenore præſentiũ decernimus, atq; declaramus, oẽs, et ſingulos, ſic in tertia perſona baptiſatos; volẽtes à ritu

Ruthenorũ baptiſmus aprobatur.

Græco, ad ritum, & morẽ latinę, & ſctẽ Romanę Eccleſię venire, ſimpliciter, & ſine alia cõditione, aut etiam obligatiõe, vel coactiõe, quod iterũ baptiſentur. Etiã cũ intẽtione, quod alios ritus, per orientales Eccleſias obſeruari ſolitos, hæreticam prauitatẽ non cõcernentes, obſeruare poſſent, facta tamen prius per eos omniũ errorum ritũ Græcorum, latina, & Romana Eccleſia, & illius ritu, ac ſanctis inſtitutionibus deuiantium, abiuratione, admittẽdos fore. Exhortantes per viſcera miſericordię dei noſtri, omnes, et ſingulos, qui ꝑdicto modo baptiſati ſunt, vel gręco ritu viuũt; vt abnegata omniũ errorũ, quę ſecũdum morem, & ritum Græcorũ hactenus obſeruauerunt; quiq; ab immaculata, & ſctã Catholica, latina, & Romana Eccleſia, & illius ſanctorũ patrum inſtitutioni

Ritus græcus Ruthenis ꝑmiſſus, hæc ẽ directa uia ad unionẽ Ruthenu[m] abiurare debet erro[r]es ſi quo[s] tenuit ali[e]nos à ſanctis inſtitu[ti]tiõibus.

Exhortã[n]tur rutho[e]ni, ut in [ri]tu Græc[o] Catholic[e] uiuãt. uti[nam] tale[s] exhortat[o]res hodi[e] Ruſſia [ha]beret.

bus deuiant, reprobatis, velint intendere Catholicę latinę Ecclesię: illiusq́ꝫ salubribus documentis, pro animarum suarum salute, & veri dei recognitione adherere. Et ne eorũ sanctum propositũ quouis modo retardari possit, venerabili fratri nostro Episcopo Vilnensi, in virtute sanctę obediẽtię cõmittimus, et mãdamus: quatenus oẽs, & singulos sic baptisatos: & ad vnitatem perfectę latinę Ecclesię sanctę, peruenire, & errores prædictos abiurare volentes, ad præfatę latinę Ecclesię vnitatẽ, & ad eorũ huiusmodi abiurationẽ, per se vel per alium, seu etiam aliquos singulares prælatos ecclesiasticos, doctos, et probos, ac illos idoneos, qbus id dũtaxat sit committendum, recipiat, & admittat: ac tam sibi, quam illis, vel illi, cui, vel quibus, quoties expedierit, id duxerit committendũ, singulos præ-

Demandatur episcopo Vilnensi receptio Ruthenorũ.

præfatos sic venientes, ab excessibus propter obseruationẽ huiusmodi errorũ: ac hæretica prauitate inde prouenientc: necnon excõmunicationis sentẽtia, aliisq́ꝫ censuris, & pœnis ecclesiasticis, quas quomodolibet propterea incurrerunt, dicta apostolica auctoritate absoluẽdi, ac eis pro modo culpę, pœnitẽtiã salutarẽ inungẽdi: aliaq́ꝫ in præmissis necessaria faciẽdi, plenã, & liberam licentiã, et facultatem concedimus, per præsentes. verũ quia forsan difficile foret, præsentes literas nostras ad singula loca vbi opus fuerit, deferre: volumus, & eadẽ auctoritate apostolica decernimus, quod earũdem literarum transumpto manu alicuius notarij publici: subscripto, Sigilloq́ꝫ p̃fati Vilnensis, seu alterius alicuius Episcopi, vel prælati Ecclesiastici obsignato, merito eadẽ fides prorsus adhiberet,

Vt trãsumpta huius bulle in singulis Ecclesijs latinis in Russia habeãtur, eisq́ ut credatur.

in iudicio, & extra: & alias, vbilibet, vbi fuerit exhibitũ, vel ostẽsum, sicut ipsis literis originalibus adhiberetur si forent exhibitę, vel ostense, nõ obstantibus ordinationibus, & cõstitutionibus, apostolicis, ceterisq; cõtrarijs, quibuscũq;. nulli ergo homini liceat omnino hanc paginã nostrę cõstitutionis, declaratiõis, exhortatiõis, cõmissionis, mandati, concessionis, volũtatis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. si quis aũt homo hoc attentare pręsumpserit, indignationem omnipotẽtis dei, & beatorũ Petri, & Pauli apostolorũ eius, se nouerit incursurum. Datum Romę apud sanctũ Petrum, Anno dñi Millesimo quingentesimo decimo. Calendis septembris Pontificatũ nostri, anno nono.

Iu-

IVRAMENTVM.

Per Ruthenum receptum Ecclesię Romanę præstandum.

Ja. N. vbaczywssy rostárgnienie sidłá dyabelskiego / y też odssczepieństwá błędnego / w ktorym byłem trzyman: Tedy rozmyslájąc sam wsobie / długim rozważenim / rychłą á dobrą wolą / kromie żadnego przypędzenia: Ale tylko z osobney łáski bożey / náwrociłem sie y przystąpiłem ku iednosci wiáry krzescijáńskiey: y też ku stolcu ápostolskiemu kosciołá krzescijáńskiego Rzymskiego. odrzekáiąc sie / wsselkiego błędu / y odssczepieństwá. Ale iżebych nie był domniman obłudnym / á nieprawym vmysłem przystáć ktemu kosciołowi rzymskiemu / y też posłussen być / slubuie / y obiecuie sie / pod klątwą / y pod potępienim wiecznym / tobie oycze wielebny Biskupie / á przez cie swietemu Pyotrowi kiążeciu ápostolskiemu / Papieżowi pirwssemu / y też nininiey ssemu oycu swie-

ku świetemu Papieżowi Juliuſſowi wtoremu/ i też wſſitkim papieżom/potim będącym wikáryiom / y namieſtnikom páná náſſego Jeſu Kryſtá. y że żadnym obyczáiem/ y też dorádzenim / nie odwracam ſie / ku błędu odſſczepieńſtwá pirwſſego. ſktorego przez łáſkę bożą/ ieſtem wyrwan. Ale záwżdy chcę trwáć/ y tęde mieſzkáć w iednoſci cerkwie ſwiętey krzeſciáńſkiey : y też w poſłuſſeńſtwie/ y w poſpolitowániu Papieżá / y Biſkupá Rzymſkiego. A dla tego mowię/ przyſięgáiąc przez Bogá / wſſechmocnego/y przez święta Ewángelią iego/w przerzeczonym poſłuſſeńſtwie : y też w iednoſci trwáć áż do śmierci moiey. A ieſliby/ tego boże nie day: od tego kościołá Rzymſkiego/y też poſłuſſeńſtwá niegdy / ktorym kolwiek obyczáiem: odſtąpił/tedy podług krzywoprzyſięſtwá/y też fáłſſerſtwá mego/cżeſć moiá niechay będzie wmękach wiecżnych ze wſſytkimi odſſczepieńcy :, y kácyrzmi/ táko mi boże pomoż/ y święty krzyżu/y święta Ewángelia. Amen.

ANISLAVS LECTORI. S.

HÆc ideo amice lector tibi nũc damus, daturi aliquando vberiora: vt flens deum ores, vt Eccleſiam ſuam, partim furore Turcico vaſtatam : partim hæreſi afflictam: partim Scyſmate diſſipatã, congreget iterum, conſtituat, ac defendat. tum etiam vt cuſtodes Eccleſię, ex ſomno graui exuſcitet : quibus dormientibus, venit inimicus homo: qui in agro domini ſuperſeminauit zizania, quę ita iam creuerũt, vt vix prę illis vllum granum boni ſeminis appareat. ſed paſſim infœlix lolium, ac ſteriles dominantur auenæ. Bene vale, & nos ama. Præmiſlia opido Ruſſię. die prima Martij. Anno domini. 1 5 4 4.

IMPRESSVM CRAC-
COVIAE PER IERO-
NYMVM VIETO-
REM. ANNO
DOMINI
1544.

